

nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt : atque per hoc veritas in mente suscipitur.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. v. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Gloria Patri. Et.

LECTIO IX.

Hinc namque eisdem prædicatoribus, Isaias dicit : Pa-

rate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filiis Psalmista ait : Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dominus ascendit : quia unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit ; quia mortem quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos ejus gloriam vestris mentibus prædicamus, ut eas, et ipse post veniens, per amoris sui præsentiam illustret.

Te Deum laudamus.

Concordat cum originali a S. R. C. approbato.

*Imprimatur :*

† EDUARDUS CAR. Arch. Marianopolitanus.

Marianopoli, die 6 decembris 1892.